



## Bibliographische Daten

Titel: Programma Ad Exequias Foeminae Piae, Honestae Ac  
Ornatissimae Veronicae, Viri Praestantis Ac Integerrimi Henrici  
Maieri, Academiae Altdorfinae Typographi, Uxoris Dilectae,  
Propositum Publice Die Mensis Novembris XII MDCLXXVI.  
Ersteller: Johann Saubert  
Signatur: Will. V. 1016. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Patrem nativitatibus beneficio sortita est Anno præsentis seculi  
XXXI. d. 25. Jun. Virum Plurimum Reverendum & Amplis-  
simum DN. M. NICOLAUM OLAUM, Pastorem & Super-  
intendentem Liberi Comitatus Sulzbürgensis, Matrem Virtu-  
tum decoribus nitentem ELISABETHAM Viri Reverendi  
& Clarissimi DN. CASPARI SCHULERI Pastoris in eodem  
Comitatu Sulzkirchenfi Filiam. Accepimus verò, beatam VE-  
RONICAM nostram sæpenumerò apud liberos suos adeòq; in  
finu lætatam esse, eo se Parente genitam fuisse, qui tractamã  
Majoribus suis Svecis lucem in Germaniam & vicinam Altdorffi-  
næ nostræ Dynastiam magno & cum splendore & cum fructu  
intulerit. Is enim Anno superioris seculi MD LXXIX. d. 15. Se-  
ptembris editus est Scaræ felicibus auspiciis Genitoris JOHAN-  
NIS OLAI Episcopi Generalis Regni Sveciæ. Pervagata  
autem est gloriosissimum istud Regnum fama OLAORUM,  
pietate, eruditione, rerum gerendarum singulari dexteritate, de-  
niq; cordato tuendi sinceram religionem Zelo insignis, eã cele-  
britate, ut quæ & grande & amabile illud nomen fugiat, is re-  
rum sacrarum in Svecia, è tenebris Pontificiis olim divini Numi-  
nis beneficio emergente, gestarum notitiã exsortem se esse, vel  
isto indicio prodat. OLAO enim in acceptum referendum  
est, quòd, cum GUSTAVUS REX Anno superioris seculi XXV.  
Ecclesiam suam & à Pontificia superstitione & à jugo Episcopa-  
lis, ejusq; intolerandæ, dominationis liberare omnibus heroicis  
nervis contenderet, ipse habitã cum D. Petro Gallen disputatione  
de potestate ecclesiastica id effecit, ut quò longius progredere-  
tur, tantò plures ab Episcopis desciscerent, & Regis cœpissent par-  
tibus adjungi. Deniq; cum Pontificii suffragiis superatos se esse  
viderent, communi omnium nomine ad Regem placandum mis-  
sus est regni Cancellarius & M. Olaus, qui etsi primùm frustra  
surdas aures pulsaverunt, tandem tamen, aliis atq; aliis preces suas  
interponentibus, impetrarunt, ut postridiè se ad conventum de-  
scensurum Rex promitteret: ac postremò adveniens maximã  
obser-